

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina c
cum fonte primo

Predestinatorum

ita certus est numerus ut nec addatur
eis quicquam nec minuatur ex eis.

Tene ergo quod habes ne alius accipiat
coronam tuam.
Si enim alius non est accepturus nisi iste
perdiderit, certus est numerus.

Augustinus de predestinatione
sanctorum.

Haec de his loquor, qui
praedestinati
sunt in regnum Dei, quorum
ita certus est numerus, ut nec addatur
eis quisquam, nec minuatur ex eis:
non de his qui, cum annuntiasset et
locutus esset, multiplicati sunt super
numerum (*Psal.* XXXIX, 6). Ipsi enim
vocati dici possunt, non autem electi,
quia non secundum propositum vocati.
Certum vero esse numerum electorum,
neque augendum neque minuendum,
quamvis et Joannes Baptista significet,
ubi dicit, *Facite ergo fructum dignum
poenitentiae: et nolite dicere apud
vosmetipsos, Patrem habemus Abraham;
potens est enim Deus de lapidibus istis
suscitare filios Abrahae (Matth. III, 8, 9);*
ut ostendat sic istos esse amputandos si
non fecerint fructum, ut non desit
numerus qui promissus est Abrahae:
tamen apertius in Apocalypsi dicitur,
Tene quod habes, ne alius accipiat
coronam tuam (Apoc. III, 11).
Si enim alius non est accepturus nisi iste
perdiderit, certus est numerus.

Augustinus Hipponensis, *De correptione
et gratia*, 13 (PL 44, col.940).